

GISBERTVS ABBAS IN GENGENBACH.



Gisbertus ex Metensi ditione honestis parentibus natus est anno 1530. Hic cum felici ingenio esset præditus, in oppido Mauri monasterij bonis literis operam dedit, atque artium fundamenta egregie iecit. Postea sese Argentinam cõtulit, & in geniu omnigenere disciplinarum excoluit. Cum hoc modo in literis pergeret, atq; huius seculi uanitatem consideraret, anno 1548 Mauri monasterium accessit, & ibidem Benedictinorum ordinē suscep-  
pit. In eo loco cum per aliquot annos modestē ui-  
xisset, & libris inuigilaret, ab eius loci abbatte Præ-  
positus S. Quirini in finibus Lotharingicis eligit.  
Interea abbas Altorffensis obiit, atq; Gysbertus an-  
no 1554 preter expectationem eius monasterij abbas constitutus fuit. Cum in  
eo per biennium uixisset, atq; uicini proceres (inter quos & ipse erat) Offen-  
burgi conuenissent, de nouo abate Gengenbacensi deliberaturi, Gysbertus  
omnium uotis, cum nihil tale cogitaret, 46 abbas electus est anno 1556 licet ha-  
ctenus nulli extra nobilitatē prognati ad eam dignitatē peruenire potuissent,  
cum monasterium illud Imperiale censeatur.